N. 5. Noverint universi quod Guillelmus [illegible] de Riuolutoz de Silua prestito per ipsum juramento dixit et recognovit se tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quandam feriam terre in parrochia de Riuolutoz de Silua in loco vocato Calamara(?). Et affrontat [illegible] in honore suo quem tenet per monasterium [illegible] et [illegible] in parrochia de Riuolutoz et [illegible] honore mansi Cyrici(?) a meridie in honore quem tenet [illegible] Gerunde ab occidente in honore suo et in honore mansi Tyoni, circio in honore mansi Cyrici. Que feria terre continet in se duo jornalia bovum. De cuius expletis prestat et prestare tenetur et promisit dicto monasterio sancti Danielis fideliter unam tascham. Facit et annuatim [illegible] tenentoribus mansi Tyoni pro turnis unum denarium barchinonensem de terno ad auxilium census quem faciunt dicto monasterio. Recognovit etiam quod omnia tercia laudismia et foriscapia ex predicta feria provenientia sunt et esse debent dicti monasterii. Quod fuit actum et a predicto Guillelmo [illegible] firmatum et juratum [illegible] anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus Petro Tyoni de Frantiacho(?) et Bartholomeo [illegible] de Riuolutoz de Silua presentibus testibus ad hoc vocatis.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci et clausi.

N. 6. Noverint universi quod Petrus Moragues de Riuolutoz de Silua prestito per ipsum juramento dixit et recognovit se tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quendam campum terre in parrochia de Riuolutoz de Silua. Et affrontat ab oriente, meridie, occidente et circio in honore suo et continet in se duo jornalia bovum vel circa. De cuius expletis prestat et prestare tenetur et promisit dicto monasterio sancti Danielis fideliter unam tascham. Recognovit etiam quod omnia tercia laudismia et foriscapia inde provenientia sunt et esse debent dicti monasterii. Quod fuit actum et a predicto Petro Moragues firmatum et juratum xi kalendas septembris anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus testibus Ferrario Segu et Arnaldo Albari de Riuolutoz de Silua.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci et clausi.

N. 7. Noverint universi quod Bernardus Fos de Riuolutoz de Silua et filius eius Bernardus prestito per ipsos juramento dixerunt et recognoverunt se tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quandam feriam terre in dicta parrochia de Riuolutoz de Silua in loco vocato Sagno(?). Et affrontat ab oriente et circio in honore mansi Montani(?), a meridie et occidente in honore suo et continet in se unum jornale bovum. De cuius expletis prestant et prestare tenentur predicto monasterio fideliter unam tascham. Recognoverunt etiam quod omnia tercia laudismia et foriscapia inde provenientia sunt et esse debent predicti monasterii. Quod fuit actum et a predicto Bernardo Fos et eius filio Bernardo firmatum et juratum xi kalendas septembris anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus testibus Guillelmo Morelli et Ferrario Segu et Arnaldo Albari de Riuolutoz de Silua.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci et clausi.

N. 8. Noverint universi quod Guillelmus Morelli de Riuolutoz de Silua prestito per ipsum juramento dixit et recognovit se tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quendam campum terre in parrochia de Riuolutoz. Et affrontat ab oriente in honore mansi Valentini, a meridie occidente et circio in honore suo et continet in se quinque jornalia bovum. De cuius expletis dat et dare tenetur predicto monasterio unam tascham fideliter. Facit etiam et facere tenetur annuatim pro turnis tenentoribus mansi Valentini de Vilaubino in festo natalis domini septem denarios barchinonenses de terno ad auxilium census quem faciunt predicto monasterio. Item dixit et recognovit tenere pro predicto monasterio quandam feriam terre in predicta parrochia de Riuolutoz de Silua. Et affrontat ab oriente et circio in honore mansi Boyl, a meridie in honore mansi de Plano et in suo honore, ab occidente in honore suo et continet in se unum jornale bovum et medium vel quasi. De cuius expletis dat et dare tenetur predicto monasterio quartum et braciaticum excepto lino de quo non tenetur dare nisi unam tascham lini. Item recognovit quod facit et tenetur facere annuatim pro turnis tenentoribus mansi Boyl de Riuolutoz de Silua ad auxilium census quem ipsi faciunt predicto monasterio in predicto anno tertiam partem trium mediarum quartiarum civarie ad rectam mensuram vocatam d'Avols(?) in festo sancti Felicis. Et tertiam partem unius paris gallinarum in festo natalis domini. Et etiam partem sexdecim denariorum barchinonensium de terno in eodem festo natalis domini. Et etiam partem quatuor fogaciarum in eodem festo natalis domini et in festo pasche quartam partem quinque ovorum et nichil aliud pro censu vel agrariis nisi ut predicitur. Et est certum quod Bernardus de Pirariu(?) olim procurator dicti monasterii de voluntate et consilio et assensu domine Abbatisse tornavit et redegit dictum quartum et braciaticum predictorum expletorum et tascham lini predicti sicut terre supra confrontate dicto Guillelmo Morelli et suis, videlicet quod in recompensatione dicti quarti et braciatici et dicte tasche lini det et dare teneatur annuatim in festo sancti Felicis censualiter dicto monasterio quinque medias quartias ordei censuales allatas in illo loco ubi alia expleta dicte parrochie congregantur pro dicto monasterio. Et hoc per tantum tempus quo ibi vinea fuit. Et quando ibi dicta vinea non fuit dictus Guillelmus Morelli et sui donet et dare teneantur dicto monasterio dictum quartum et braciaticum et dictam tascham lini ut superius continetur. Recognovit etiam quod omnia tercia laudismia et foriscapia ex predictis omnibus provenientia sunt et esse debent predicti monasterii. Quod fuit actum et a predicto Guillelmo Morelli firmatum et juratum xi kalendas septembris anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus testibus Arnaldo Albari et Petro Morani de Riuolutoz de Silua.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci et clausi, cum raso et emendato in vii linea ubi dicitur sexdecim denariorum barchinonensium.

N. 9. Noverint universi quod Arnaldus Albari de Riuolutoz de Silua prestito per ipsum juramento dixit et recognovit se tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quandam feriam terre vocatam Mansus Marchesii in plano de Riuolutoz de Silua. Et affrontat ab oriente in honore mansi Montaner, a meridie in honore mansi Fos, ab occidente et circio in honore mansi de Prato et continet in se quinque jornalia bovum. De cuius expletis prestat et prestare tenetur predicto monasterio fideliter unam tascham et mediam et prestat et prestare tenetur annuatim predicto monasterio in festo natalis domini pro censu duodecim denarios barchinonenses de terno. Item dixit et recognovit tenere pro dicto monasterio quandam feriam terre in dicta parrochia de Riuolutoz in loco vocato Presa. In qua feria modo est vinea plantata. Et affrontat ab oriente et a meridie in honore mansi Boyl, ab occidente et circio in suo honore et continet in se unum jornale bovum. Et prestat et prestare tenetur dicto monasterio de expletis eiusdem quartum et braciaticum. Set in tempore quo ibi est vinea prestat et prestare tenetur in recompensatione dicti quarti et braciatici tenentoribus mansi Boyl in festo natalis domini annuatim mediam quartiam bladi ad rectam mensuram Gerunde ad auxilium census quem predicti tenentores dicti mansi Boyl faciunt predicto monasterio et pro quadam terra quam dictus Petrus Boyl tenet pro monasterio predicto. Et etiam facit annuatim eisdem tenentoribus dicti mansi Boyl in dicto festo natalis domini quatuor denarios barchinonenses de terno. Set quando in dicta terra vinea non fuit plantata recognovit dare et prestare dicto monasterio predictum quartum et braciaticum. Recognovit etiam quod omnia tercia laudismia et foriscapia ex predictis terris provenientia sunt et esse debent predicti monasterii. Quod fuit actum et a predicto Arnaldo Albari firmatum et juratum xi kalendas septembris anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus testibus Guillelmo Morelli et Bernardo Fos de Riuolutoz de Silua.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci et clausi.

N. 10. Noverint universi quod Petrus Poncii de Riuolutoz de Silua prestito per ipsum juramento dixit et recognovit se tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quendam campum terre in parrochia de Riuolutoz de Silua in loco vocato Ribouta(?). Et affrontat ab oriente et a meridie in honore suo et mansi Moragues, ab occidente et circio in honore dicti mansi Moragues et continet in se quatuor jornalia bovum. De cuius expletis prestat et prestare tenetur dicto monasterio fideliter unam tascham. Prestat etiam et prestare tenetur predicto monasterio annuatim pro censu in festo natalis domini unum par caponum et recipit annuatim pro turnis a tenentoribus mansi Morati(?) sex denarios barchinonenses de terno ad auxilium dictorum caponum. Recognovit etiam quod omnia tercia laudismia et foriscapia ex predicto campo provenientia sunt et esse debent predicti monasterii. Quod fuit actum et a predicto Petro Poncii firmatum et juratum xi kalendas septembris anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus testibus Petro Segu et Petro Barbitonsore de Riuolutoz de Silua.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci et clausi.

N. 11. Noverint universi quod Arnaldus de Fabrica et Poncius de Fabrica gener dicti Arnaldi et Margarita uxor predicti Poncii parrochie de Riuolutoz de Silua prestito per ipsos juramento dixerunt et recognoverunt tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quandam feriam terre in dicta parrochia de Riuolutoz in loco vocato Feria sancti Danielis. Et affrontat ab oriente in camino publico barchinonensi, a meridie in honore mansi Boyl, ab occidente in honore mansi Segu et dicti mansi Boyl, a circio in honore suo et continet in se predicta feria unum jornale et medium bovum. De cuius expletis donant et dare tenentur predicto monasterio mediam tascham et annuatim pro censu in festo natalis domini unum par gallinarum. Recognoverunt etiam quod omnia tercia laudismia et foriscapia inde provenientia sunt et esse debent predicti monasterii. Que omnia fuerunt acta et a predictis Arnaldo, Poncio et Margarita de Fabrica firmata et jurata x kalendas septembris anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus testibus Ferrario Segu et Petro de Podio Barbitonsore de Riuolutoz de Silua.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci cum supra scripto in quadam linea ubi dicitur mediam et clausi.

N. 12. Noverint universi quod Laurencius de Plano parrochie de Riuolutoz de Silua prestito per ipsum juramento dixit et recognovit tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quendam campum terre in dicta parrochia in loco vocato Argila. Et affrontat ab oriente in honore mansi Boyl, a meridie in honore mansi Morel, ab occidente in honore mansi Valentini, a circio in honore mansi Segu et mansi Boyl et continet in se quinque jornalia bovum. De cuius expletis dat et dare tenetur dicto monasterio unam tascham et annuatim pro censu in festo natalis domini octo denarios barchinonenses de terno et unam gallinam. Item dixit et recognovit quod omnia tercia laudismia et foriscapia inde provenientia sunt et esse debent predicti monasterii. Item dixit et recognovit tenere pro dicto monasterio et pro monasterio sancti Petri de Gallicantu Gerunde pro indiviso quandam feriam terre in plano dels Truilers(?). Et affrontat ab oriente in honore mansi Rotbau(?), a meridie in Rivo Vindaris, ab occidente in honore mansi Laurencii, a circio in honore dicti Rotbau et continet in se quatuor jornalia et medium bovum. De cuius expletis dat et dare tenetur unam tascham de qua recipit monasterium sancti Danielis tres partes et dictum monasterium sancti Petri quartam partem. Et omnia tercia laudismia et foriscapia inde provenientia dividuntur inter ipsa monasteria sicut tascham predictam superius dividitur. Quod fuit actum et a predicto Laurencio firmatum et juratum ix kalendas junii anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus testibus Petro de Fogaz(?) et Arnaldo Ferarii(?) de Riuolutoz de Silua.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci et clausi.

N. 13. Noverint universi quod Arnaldus Valentini et uxor eius Margarita parrochie de Vilaubino prestito per ipsos juramento dixerunt et recognoverunt tenere pro monasterio sancti Danielis Gerunde quandam possessionem terre in parrochia de Riuolutoz in loco vocato Presa. Et affrontat ab oriente in honore mansi de Plano qui tenetur pro eodem monasterio, a meridie in honore mansi Morel qui tenetur pro eodem monasterio, ab occidente et circio in honore mansi Boyl et mansi Segu et continet in se octo jornalia bovum vel quasi. De cuius expletis dant et dare tenentur dicto monasterio fideliter unam tascham et annuatim pro censu quatuordecim denarios barchinonenses de terno uno anno et in alio anno quatuordecim denarios et unum obolum et etiam in festo natalis domini annuatim de censu ponunt par gallinarum. Recognoverunt etiam quod omnia tercia laudismia et foriscapia inde provenientia sunt et esse debent predicti monasterii. Quod fuit actum et ab Arnaldo Valentini et eius uxore Margarita predictis firmatum et juratum x kalendas julii anno domini millesimo CCC vicesimo tercio presentibus testibus Ferrario Segu et Petro Boyl de Riuolutoz de Silua.

Sig+num Bartholomei Carnuti presbiteri et capellani ecclesie de Riuolutoz de Silua qui hec scribi feci et clausi.

T. 842 x 490

1-2) 21-8-1320
3) 22-8-1323
4) 22-8-1323
5) 22-8-1323
6) 21-8-1323
7-10) 22-8-1323
11) 23-8-1323
12) 31-5-1324
13) 22-6-1323

nº 524

547-2